

dum est. Sin iuncta sit adstrictio, aliud est frigiditatis genus. Nam acida frigiditas tenuium est partium, adstringens crassarum. Hoc de Aceto, quantumuis ex ipsius sententia ad artificialem solutionē inepto fatetur Galenus. Quid, si illius soluendi rationem peruidisset?

*Parte 1.  
Medicam.  
de affectib.  
Melancho-  
licæ.*

*1. simpl.  
cap. 19.*

*2. de Dieta  
num. 240.  
aphor.  
10. de hu-  
midorum  
usu.*

*Langius  
2. Epist. 33*

Io. ergo Baptista Montanus, Acetum, inquit, sparsum in terram causa ebullitionis est, quia partes habet calidas subtiles, sicut & bilis. Nā nō habet equaliter partes frigidas & siccas, imō secundum partem, & quidem maximam, calidum est, ut ostendit Galenus in lib. simplic. medic. Hæc Mōtanus. Et quamuis cum eo Iulius Alexandrinus de aceti chymica separatione addubitet: constat tamen præclarorum virorū experimentis, ex aceto, generosum spiritum, sal, & oleum elici, quod de Gulielmo, Aragosio, medico & philosopho perudito Theod. Zuingerus ingenuè commemorat: cui etiam nonnulla respondent specimina aceti, ut quādo partibus eius tenuioribus sufficiēti calore munitis, ouorū putamina ita colliquefcunt, ut per anulū traduci queāt. Sic enim Theomnestus